

## Die ältesten Statuten der Schweizerischen Kapuzinerinnen

Die Bekanntmachung, daß die ersten Statuten der schweizerischen Kapuzinerinnen aufgefunden worden sind<sup>1</sup>, ruft sogleich deren Herausgabe. Am Texte sind ja viele interessiert, der gelehrte Kanonist, der forschende Historiker, sogar die beschauliche Kapuzinerin. Denn die ersten Satzungen einer Ordensgenossenschaft offenbaren das Ursprüngliche, das Ideal in seiner Jugendfrische und mit seinem kühnen Zug ins Große und Heroische.

Sogleich erhebt sich die Frage nach dem Urheber. Während die dürren Worte der ersten Überschrift über Zeit der Abfassung, über Veranlassung und Bestimmung der Statuten Aufschluß geben, lassen sie uns gerade in der wichtigen Frage nach der Urheberschaft im Stich. Auf dieses Problem gedenken wir jetzt nicht näher einzugehen, sondern es einer spätern Untersuchung vorzubehalten. Doch soviel darf jetzt schon verraten werden, daß P. Antonius von Cannobio<sup>2</sup>, der erste Provinzial der Schweizer Kapuzinerprovinz, als hauptsächlicher Verfasser angesehen werden muß. Ein Hauptbeweis findet sich in der Chronik des Klosters Gerlisberg<sup>3</sup>, die uns mit klaren Worten P. Antonius von Cannobio als Verfasser der ersten Statuten vorstellt.

Auf Grund von Schriftvergleichen hat P. Antonius von Cannobio das vorgefundene Schriftstück nicht selbst geschrieben. Während er eine unleserliche, unregelmäßige Schrift besitzt, zeigt das Dokument eine überaus schöne, exakte, fast zierliche Handschrift, die eine erste Kalligraphie-Note verdient hätte.

In der Textgestaltung wird die Schreibweise des Dokumentes möglichst getreu beibehalten, sowohl was Orthographie als auch Zeichensetzung betrifft. Die Abkürzungen werden aufgelöst. Wir begleiten den Text mit erklärenden Bemerkungen, wodurch Sinn und Bedeutung der Statuten erschlossen werden sollten.

---

<sup>1</sup> „San Damiano“, Beilage zu „St. Fidelis“ für die Schweizer Kapuzinerinnenklöster (1951) S. 25-29.

<sup>2</sup> Er trat 1576 in den Orden (Mailänder-Provinz), kam 1583 in die Schweizer-Provinz, daselbst Provinzial 1589-92, 1602-05, 1608-11 und starb am 26. März 1624 in Altdorf eines heiligmäßigen Todes.

<sup>3</sup> Klosterchronik Gerlisberg / Luzern, S. 32.

## Statuta Sororum 3<sup>æ</sup> Regulæ S. P. N. Francisci Reformatarum



In Nomine Domini incipiunt Statuta Sororum Capucinarum<sup>4</sup> S. P. Francisci in Helvetia<sup>5</sup> de mandato Illst.mi Domini Nuntii Apostolici Joannis ad Turrim<sup>6</sup> Episcopi Vegliensis<sup>7</sup> per Patres Capucinos reformatarum<sup>8</sup> Anno 1597<sup>9</sup>.

### CAPUT I.

*De conditionibus Ordinem istum intrare volentium,  
et de Novitiis et noviter Professis.*

Nulla unquam in Monasterium vel Ordinem suscipiatur sine præscitu et Consensu Visitoris, Matris Præpositæ et majoris numeri Sororum quatuor annos in Religione completos habentium; Insuper præter illas a Regula requisitas etiam Sequentes conditiones habeat, supra quibus a Matre et sua assistente et duabus aliis Senioribus diligenter examinanda est. Primo ut sit catholica, et sciat omnia ea, quæ Catholico et Christiano scitu sunt necessaria, maxime quæ in

<sup>4</sup> Das erste Mal begegnet uns hier der Name „Kapuzinerinnen“, offiziell gebraucht für die Schwestern, die sich der Pfanneregger-Reform angeschlossen haben.

<sup>5</sup> Die Statuten waren somit nicht nur für ein einzelnes Kloster gedacht, sondern für alle, die sich in der Folge der Pfanneregger-Reform anschließen werden.

<sup>6</sup> Johann Graf della Torre wurde am 13. November 1595 zum Nuntius der Schweiz ernannt, traf aber erst am 17. Juni 1596 in Luzern ein, um am folgenden Tage den Boten der VII Orte das päpstliche Creditiv vorzuweisen. Er nahm sich mit allem Eifer der Klöster an und förderte wirksam die Pfanneregger-Reform. Am 1. Juli 1606 wurde er abberufen und starb 1623 (Mayer, das Konzil von Trient, I. Bd. [1901], 330-346).

<sup>7</sup> Veglia, Bistum auf der gleichnamigen jugoslawischen Insel vor der dalmatinischen Küste, mit 33 000 Katholiken.

<sup>8</sup> Gemeint ist die Reform, die P. Ludwig von Sachsen in Pfanneregg angebahnt hatte (1587) und die allmählich in mehrere Franziskanerinnenklöster Einzug hielt.

<sup>9</sup> Im Juni dieses Jahres schlossen sich die Schwestern in Luzern öffentlich und feierlich, mit ausdrücklicher Bewilligung, ja unter aktiver Mitwirkung des Nuntius della Torre, der Pfanneregger-Reform an, siehe unten S. 174-76. Dieser Akt wird den Nuntius veranlaßt haben, für die mit Macht sich einsetzende Reformbewegung fest umschriebene Normen — eben diese vorliegenden Statuten — aufstellen zu lassen.

minori Catechismo<sup>10</sup> sunt completa; hinc unaquæque teneatur ante Ingressum totum dictum Catechismum memoriter addiscere, si tamen legere queat, sin minus saltem ejusdem principaliora Capita. 2<sup>do</sup>. Nulla suscipiatur quæ sit publicè diffamata vel apud Curiam majoris Criminis accusata; insuper examinari debet, cujus instinctu ordinem petat, an non a Parentum persuasione, vel metu invita compellatur etc. Ne postea deficiente bona voluntate aut in ordine inepta persistere, vel cum Summa Sæculi admiratione ex Novitiatu ejici debeat. 3<sup>tio</sup>. Nulla Juvenis 14<sup>um</sup> vel ad minimum 13<sup>um</sup> annum necdum attingens in Monasterium suscipiatur nec quando quadragessimum jam excesserit, nisi ex tali Susceptione Magna Mundo ædificatio, vel Monasterio utilitas oriatur; Neque ante 15<sup>um</sup> annum completum ad Novitiatum admittatur, et non prius, nisi Germanice et Latine Legere calleat, Breviarii Rubricas Sufficenter intelligat, et horas Canonicas juxta Ritum S. Rom. Ecclesiæ, si tamen ad Chorum deputata sit, recitare sciat. 4<sup>to</sup>. Nulla suscipiatur, quæ tam Pauperes Patrem vel Matrem aut Liberos habeat, qui se sine Suo auxilio vix sustentare valeant. 5<sup>to</sup>. Nulla suscipiatur ex quocunque alio ordine profuga seu Apostata. 6<sup>to</sup>. Nulla Suscipiatur illegitimo thoro genita, neque ex Parentibus voto Castitatis constrictis nata; nisi adessent Tantæ Circumstantiæ, quæ aliud necessario suaderent; et tum illas Conditiones insuper habere debent, quas ab hujusmodi Papa Gregorius XIV. in Libro Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum<sup>11</sup> Verbo Dispensationis requirit. 7<sup>mo</sup>. Nulla Suscipiatur Infirmitate memorabili vel hæreditaria detenta aut rationabiliter suspecta, et si quæ desuper Interrogata eamdem aperire noluerit, Se declarat Ordo, se ad eam conservandam nullatenus teneri. 8<sup>vo</sup>. Cum juxta S. Concilii Trid. Decretum<sup>12</sup> Monasteriis prosperos Proventus habentibus, non plures personæ acceptandæ sint, quam religiose sustentare valeant, Ideo iure merito istam Religionem Ingredi cupientes, omnia sua bona Temporalia secum afferant, quorum se Mona-

<sup>10</sup> Der hl. Petrus Kanisius verfaßte drei Katechismen: den großen für die Gebildeten mit 222 Fragen; den mittleren für Gymnasiasten mit 122 Fragen (Cat. parvus catholicorum); den kleinsten für Kinder und Volk mit 59 Fragen (cat. minor). Dieser letztere ist oben gemeint, das Kloster Gerlisberg besitzt noch 4 Exemplare (Luzern 1751).

<sup>11</sup> Das hier erwähnte Werk trägt den Titel: Compendium / privilegiorum Fratrum / minorum, necnon & aliorum fratrum / mendicantium ordine alphabe- / tico congestum. / Venetiis / MDXXXII. (Stempel): BIBL. CAPUT. LUCERNÆ (handschriftl. Loci Capucinatorum Bremgarta); 15/10,5, pag. 226, M 38.

<sup>12</sup> Conc. Trid. sess. XXV. cap. III.:... „is tantum numerus constituatur ac in posterum conservetur, qui vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari; „... Vermeersch / De Religiosis Institutis & Personis (Romæ 1909) pars alt. MONUMENTA pag. 5 Caput III.

sterium pro omni Tempore hæredem Capacem declarat, nisi prius Inter filias suscipiendas Parentes aut Interessatos, et Monasterium de Dote Sufficienti conventum sit, vel alii hæredes tam pauperes adsint, quibus meritò aliquid relinquendum esset. Non tamen per hoc intelligitur Pauperes ab hoc ordine fore excludendas, maxime quando idoneæ inveniantur: Ut autem tranquiliiori animo ordinem ingrediantur, Nullæ ad Monasterium, vel saltem ad Novitiatum suscipiantur, nisi circa bona Temporalia prius debitus Consensus et Conventio<sup>13</sup> facta sint; quamvis ante professionis Emissionem præter expensa ordinaria in Sustentatione, Victu et vestitu fieri solita nihil exigi intendatur. Facta autem professione, quando una aut altera de consensu et dispensatione Superiorum majorum ex suo in aliud Conventum migrare vellet<sup>14</sup>, Declaratur, Monasterium sibi nihil de bonis Suis allatis reddere debere.

Præfatis ergo conditionibus et Clausulis ritè observatis, si quæ in Monasterium suscipiatur, antequam ad Novitiatum admittatur, aliquandiu juxta Consilium Matris et Seniorum Sororum in sæculari et decenti habitu in omnibus iis quæ a Sororibus peragi Solent, exerceatur, quatenus Ipsius bona Voluntas Luculentius appareat.

Ad Religionis ingressum Se generali peccatorum suorum expiatione, et S. Synaxis devota Sumptione ardentissime præparare debent; quas tunc Visitor juxta ordinis consuetudinem Novitiarum habitu induat, qui in omnibus Professarum similis sit, extra Scapulare, cui alæ super humeros annexæ usque ad diem Professionis maneat.

Ad Novitias instruendas constituatur habilis Magistra, quæ doceat non tam Ritus et cæremonias, sed ea omnia quæ ad Spiritualis hominis Perfectionem<sup>15</sup> requiruntur; Nec ad professionem admittantur, nisi prius omnia sibi in ordine observanda accuratius sciant, et totam Regulam, si Legere polleant, sin minus saltem ejus Summam memoriter addiscant<sup>16</sup>, ne ipsius postea Ignorantiam, facta Professione, protendere audeant. Nulli Sororum liceat absque Licentia Matris vel Magistræ Novitiis alloqui, vel earum Cellas intrare. Nulli

<sup>13</sup> Ein solcher Vertrag wird im Klosterarchiv Nominis Jesu, Solothurn, aufbewahrt. Er betrifft Sr. Anna Margaretha Briat von Delsberg, abgefaßt am 30. Juni 1626, und ist auch kulturhistorisch höchst interessant.

<sup>14</sup> Eine überraschende Bestimmung, ganz im Sinne der Föderation, gemäß der apostolischen Konstitution „Sponsa Christi“, Art. IV. 3. n. 3.

<sup>15</sup> Man beachte die klassische Formulierung.

<sup>16</sup> Ein schöner Brauch, der auch in unserer Provinz bis in die neueste Zeit noch in Übung war.

demum Novitiæ Professio concedatur nisi juxta S. Conc. Trid.<sup>17</sup> annum Novitiatus integrum, et 16 ætatis compleverit, et pluralitatem votorum ab *omnibus* Sororibus quartum Religionis annum complentibus obtinuerit; cæteræ autem Sorores Juniores quartum Religionis non complentes tamen Suas circa ad Professionem suscipiendas opiniones dicant. Antequam autem suam professionem emittant Confessione humillima et devotissima, S. Eucharistiæ Sumptione se ad eam ardentissime præparent. Facta autem Professione adhuc per tres annos Continuos sub disciplina Magistræ Serventur, ac in omnibus iis, quæ Novitiæ agere solent exerceantur. Singulis diebus, exceptis Dominicis et festis, culpam in Capitulo dicant ac quavis feria sexta in Refectorio disciplinam faciant, nisi quandoque iis Rationabili ex causa dispensetur: Emissam denique Professionem, hujusve annum Mensem et diem, tam noviter Professæ, quam Visitor, Mater, Senioresque Sorores in deputato ad hoc Libro annotent et Subscriptum Suum Testimonium apponant.

## CAPUT II.

### *De Habitu Sancto, Tribus Votis, et Clausura Sororum.*

Studeant Sorores juxta exemplum Pauperis Patris Sui S. Francisci vilibus uti Vestimentis: hinc Cuilibet Sororum concedantur duæ Tunicæ de Panno grossiori Cinerici coloris<sup>18</sup> absque plicis Superfluis, nec in Latitudine nec Longitudine excedant; et pallium Simile, unius tamen Ulnæ quadrante brevius. Harum duarum Tunicarum una sit exterior, altera Interior, et exteriori tam in Latitudine quam Longitudine minor; nec exortior in amplitudine 12 palmos, et Longi-

<sup>17</sup> Conc. Trid. sess. XXV: „In quacumque religione tam virorum quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur. Professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulæ vel religionis observationem, aut ad alios quoscumque effectus“ (Vermeersch . . . I. c. Monumenta, pag. 11, Caput XV).

<sup>18</sup> Unter Aschgrau (coloris cinerici) verstand die damalige volkstümliche Vorstellung eine Mischung von Schwarz und Weiß, also eine ganze Skala von Farben und Abtönungen, worunter auch das Braun miteinbegriffen war. Daß tatsächlich die Schwestern der Pfanneregger-Reform einen Habit nicht von der gleichen aschgrauen Farbe trugen wie die nicht reformierten Conventualinnen, geht deutlich aus einer Stelle der Chronik Gerlisberg (S. 16) hervor, die den feierlichen Akt der Übernahme schildert: „Im Jahre 1597, im Monat Juli haben die Schwestern in der Conventualen Kirche (Luzern) ihre tüchfarbenen Kutten abgelegt und nach Erforderung der neuen Reform die grauen angelegt.“ Siehe unten S. 176. Noch deutlicher spricht die Klosterchronik „Mariä Krönung“ (Baden) von der braunen Farbe des Ordenskleides: „Es wurde ihnen (1609) das äsch-farbe Kleid von dem Herrn Visitor ausgezogen und der grau-brune Habit angelegt“ (PAL U 94 S. 13).

tudine Talos multum excedat, Tunicarum manicæ non sint Largiores, quam ut ad intro, et extra mittendas manus Sufficiant; Utraque autem vel Saltem unica Tunica unam cum Cingulo, Scapulari, et velamine diu noctuque indutæ inveniantur. Præter hæc vestimenta nulla alia, nisi quædam pro communi Sororum necessitudine asservanda conceduntur. Tibialia<sup>19</sup> et kappa sint de panno Tunicarum; Calceamenta de communi Corio nigro, funis de canabè<sup>20</sup> simplex et Vilis. Vestes Pelliceæ absque iussu Medici et Superiorum nulli concedantur, nec de eorum Licentia publicè deferantur. Stamina<sup>21</sup> juxta Religionis morem de Lino itemque Sudaria brevi tamen tempore portanda admittuntur. Velamina tam nigra quam alba non sint curiosa, sed durabilia, quæ tamen munda conservari debent. Strata Sororum sint de paleis vel arborum foliis Sic et Caputalia. Stragula autem conceduntur huic Religioni ordinaria.

Sorores Superioribus Suis integre obediant, coram iis juxta Laudabilem consuetudinem in genua se prosternant, nunquam iis obloquentes præsertim in Capitulo vel Refectorio, Ubi usque prius petita Licentia nunquam Superioribus obloquantur Sub pœna Disciplinæ toties quoties publicè faciendæ. Culpa a Professis 4<sup>um</sup> annum Religionis excedentibus dicatur singulis diebus feriis Lunæ, Mercuris et Veneris, nisi aliquando rationabiliter dispensetur. Paupertatem observare debent strictissime, nec ulli Sororum liceat minimum quid proprium in particulari habere absque Licentia Matris, nec a Sæcularibus nec Religiosis quidpiam acceptare sine dicta Licentia sub pœna disciplinæ in publico Refectorio per spatium Miserere faciendæ, vel etiam gravioris pœnæ juxta qualitatem excessus Sustinendæ. Et si quædam tempore Mortis, quod Deus avertat, taliter inveniretur proprietaria, non sepeliatur in Loco Sacro. Cum autem Paupertas in eo maximè consistat ut omnibus Sororibus temporalis affectus protinus abscindatur, hinc monentur omnes in Domino, non solum rebus transitoriis ex mera et inevitabili uti necessitate, sed

<sup>19</sup> Strümpfe. Die erstmals gedruckten Statuten von 1608 fügen noch die Einschränkung hinzu „Die Strümpf im Winter“. Somit gingen die Schwestern im Sommer barfuß.

<sup>20</sup> Hanf. Die gedruckten Statuten von 1608 übersetzen kräftig: „Der Gürtel soll sein ein schlechtes Seil,“ während die Statuten von 1625 vorschreiben: „Der Gürtel soll sein ein schlechtes von Hanf oder Haar geflochtenes Seyl.“

<sup>21</sup> Stamina übersetzen die Statuten von 1608 mit „ein umschürtzlein“, während spätere Ausgaben, sogar jene im Jahre 1844 gedruckten, das Wort unübersetzt lassen. Die französische Ausgabe von 1703 überträgt den Satz: „... Hors de nécessité et sans permission les Sœurs ne porteront aucun linge sur leur corps à la réserve de leurs estamines ordinaires, qui seront selon l'ancienne coutume de l'Ordre ...“ (LA REGLE ET LA VIE DES PENITENTS DU TIERS-ORDRE, Strasbourg MDCCIII, p. 61).

etiam nihil harum affectare. Et quia Sorores ex una culina et Celaria in cibo et potu sustentantur parimodo ex communi Vestiario provideantur. Cujus curam quædam Soror fideliter gerat sub Clavi, Stamineas Strophiola<sup>22</sup> et cuncta alia indigentibus distribuens, ac munda conservans.

Tam Mater Proposita, quam quæcunque aliæ Sorores proventum vel Esum temporalium curam habentes, tenentur omnia accuratè in Libro quodam annotare. Mater autem tribus vicibus in anno obligatur de expensis Monasterii rationem reddere. 1<sup>mo</sup> sub initium anni Sororibus Senioribus. 2<sup>do</sup> circa finem anni toti Conventui. 3<sup>tio</sup> Tempore Visitationis Visitatori, Ceteræ verò officiales ratiocinium ponere ad nutum Matris semper paratæ sint. Pro temporalium administratione exactiori Matri adjungatur Vicaria et assistens, quæ et ipsa clavem unam ad pecuniæ *cistam* habeat, ita ut una sine altera eam aperire nequeat, Sin autem una earum fuerit Impedita, consignetur Clavis Sorori Seniori.

Ad pretiosissimum Castitatis Thesaurum conservandum omnes Religiosæ seriò invigilent, non tantum se in piis operibus, Mortificationibus et aliis poenitentiis, juxta tamen Confessarii et Superiorum consilium faciendis, impigrè exercendo, sed omnes occasiones diligentius fugiendo; hinc ab omnibus maxime Junioribus caveantur omnes familiaritates et colloquia cum quibuscunque, potissime autem Sexus Virilis, cum quibus rarò et non nisi de necessitate et Matris Licentia conversentur, et nunquam sine assistente auscultatrice sub Poena Disciplinæ et jejunii in pane et aqua. In hujusmodi Colloquiis sint circumspectæ, velamine oculis obductis, nec fiant Tempore officii diurni vel Orationis. A Litteris scribendis in tantum abstineant, ut nec lineam apertam vel Clausam ulli Personæ Sorores scribant vel transmittant absque Matris præscitu et Licentia, quæ prius Litteras Legere et Suo Sigillo munitas transmittere debet; Exceptis iis, quæ aut Visitatori scribuntur, aut ab eodem scripta recipiuntur: idem intelligitur in acceptione Litterarum, quas semper Mater prius aperire et Lectas Sororibus tradere tenetur Sub pœna prima vice Disciplinæ per Spatium unius Miserere faciendæ in rectorio; Emendatione autem non sequente, gravius etiam Carceris mancipatione puniatur.

Cum autem Castitatis Integerrimæ Custodia sit Clausura, quam in Helvetia nostri ordinis plura Monasteria voto Solemni juxta Conc.

<sup>22</sup> Busenbinden, Mieder.

Trid. profitentur<sup>23</sup>, et propterea Sorores ad Chorum deputatæ nigro velamine utantur: Cætera autem monasteria ab Ill.<sup>mis</sup> D.D. Nuntiis ob causas revelantes circa totalem Clausuram dispensata, eamdem tamen (Obstaculis<sup>24</sup> Successu Temporis Sublatis) pariter observare promittant; Hinc nulla ad nostram Religionem acceptetur nisi quantum Clausuræ Votum promittat Servare juxta Concilium Trid<sup>25</sup>: Cujus vigore post professionem Sororibus e Monasterio cum minimo Temporis spatio exire, vel aliis cujuscunque Status Sexus Personis intrare sine urgenti causa, et scripta Licentia Superioris<sup>26</sup> cui de jure hoc competit, sub pœna Excommunicationis Latæ Sententiæ prohibetur. Nihilominus conceditur, Matri et Sororibus in die Vestitionis Novitiarum, et earum Professionis durante Solemnitate in Chorum exterius egredi ante altare. Similiter conceditur Sororibus prius tamen Clausa Ecclesiæ Janua, ad altaria adornanda et Similia cultum divinum concernentia peragenda in Ecclesiam egredi, hac observata Conditione, ut Janua Ecclesiæ nunquam aperiatur usquedum dictæ Sorores Se in Chorum Interiorem contulerint. Insuper permittitur introductio Operariorum tempore necessitatis per Matrem et duas Seniores ad hunc effectum deputandas facienda, a quibus indesinenter associantur, postquam cæteræ Sorores Signo Campanulæ ad fugam admonitæ<sup>27</sup> fuerint, ita ut ab iis non videantur; Idem observandum in Introitu Confessarii, vel Infirmarii Janua adeò debet claudi, ut a Socio assistente non possit spectari. Et nulli horum introductorum Liceat minimum quid apponere intra Clausuram ad bibendum et Comedendum: Denique omnes Clausuræ et Januarum quarumque

<sup>23</sup> Diese Vorschrift entsprach noch nicht dem damaligen Zustand, da die Schwestern von Luzern erst im Jahre 1625 — die übrigen Schweiz. Kapuzinerinnen noch später — das feierliche Gelübde der Klausur ablegten. Der Gesetzgeber will ja nicht Geschichte schreiben, sondern *Recht* schaffen; hier stellt er einfach die Klausurgesetze gemäß der Bestimmung des Tridentinums fest. Doch nimmt er kluge Rücksicht auf die obwaltenden Verhältnisse und stellt Dispensen in Aussicht, aber nur für solange, als die hindernden Ursachen andauern.

<sup>24</sup> Solche Hindernisse, die Klausur vollständig durchzuführen, lagen weniger im Willen der Schwestern, als in dem eisern Gesetz der Gegebenheiten, die nur langsam behoben werden konnten. Es fehlten vor allem die finanziellen Mittel, um die Klausur gemäß den tridentinischen Bestimmungen handzuhaben.

<sup>25</sup> Conc. Trid., sess. XXV., cap. 5: „Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu nisi ex aliqua legitima causa, ab episcopo approbanda . . .“

<sup>26</sup> Diese Bestimmung (de urgenti causa, licentia scripta) klingt eine Note schärfer als jene des Trid. (aliqua legitima causa, approbatio Episcopi).

<sup>27</sup> Die Statuten von 1625 (gedruckt 1665) übersetzen: „Die Schwestern sollen mit einem Glögglein ab Weeg gewissen werden.“

Seræ strictius: et earum Claves a Matre conserventur, quæ sive in iisdem aperiendis sive in Claudendis, una cum duabus aliis Senioribus ad hoc officium deputatis præsens esse debet.

### CAPUT III.

*De Jejunio, et quomodo in mensa se gerere debeant, et de Silentio.*

Sorores adhortamur, ut omnes a Regula præscriptos Jejuniorum dies jejunent, nec horum Vesperis excessivas Collationes<sup>28</sup> sumant: In communi autem commestione Religiosam frugalitatem observent duobus vel tribus ferculis juxta Matris ordinationem et necessitatis exigentiam una cum moderata quantitate vini contentæ: Extra communem refectionem vero nulli liceat absque Superioris Benedictione minimum quid sumere. Sub mensa Regularis sive sit una, sive ob pluralitatem Sororum duæ, semper ex Evangelio, excepto die Veneris, cuius loco Regula cum addita in fine eius S. P. Francisci Benedictione legatur; A primo signo mensæ post factam iuxta formam Ecclesiæ Romanæ Benedictionem Silentium stricte observatur usque ad secundum signum, et redditas gratias, si quæ autem contrarium fecerit, statim a Matre debite corrigatur: Sicuti autem Indigentibus, maxime in Jejuniorum diebus debita cum Charitate occurrendum est, Ita et contra si quæ de iis quæ apponuntur audeat murmurare sequenti die huic nihil aliudtribuendum, quam quod in publico Refectorio emendicando acquisierit. In Paupertatis testimonium omnia vasa sint de terra, et pro qualibet Sorore unicum mantele<sup>29</sup> Substernatur. Singulis totius anni sextis feriis statuitur, ut Sorores post matutinum faciant disciplinam, tempore autem Adventus et quadragesimæ etiam die Lunæ, exceptis iis quæ corporali infirmitate excusantur, dum autem se flagellant, recitent psalmum Miserere De Profundis, Antiph. Christus factus est obediens cum oratione Respice quæsumus sup., Salve Regina et quinque orationes. Silentium Evangelicum semper et ubique, Regulare autem in Ecclesia, Choro, Dormitorio in accessu et Eccessu Divini officii stricte observetur. In Refectorio autem a primo signo ad mensam dato ad finem eiusdem;

<sup>28</sup> Name für die kleinen Abendmahlzeiten an Fasttagen: die ältern Übersetzungen gebrauchen hiefür den Ausdruck: „Kolatzten“.

<sup>29</sup> eigentlich ein leinenes Handtuch, hier Serviette gemeint; die alten Übersetzungen bis 1884 gebrauchen hiefür den Ausdruck „Tischwehelin“; die Übersetzung von 1884 setzt das Wort „Tischtüchlein“. Im Gegensatz dazu bezeichnet das Wort „mantele“ in den früheren Konstitutionen der Kapuziner „Tischdecke“; für Serviette wird das Wort „mappula“ gebraucht.

et Vesperī post Ave Maria usque in sequentem diem finita Missa Conventuali, Ubi et quo tempore absque gravi necessitate, Et hac præsente, non nisi submissa voce loqui permittitur. Secluso omni alio strepitu seu tumultu, nec ulla alterius Cellam ingrediatur sine Matris Licentia aut manifesta Exigentia, ante ingressum vero prius leniter pulset, et quæ Intus est respondeat Deo gratias, vel Ave Maria<sup>30</sup>. Quæ autem dictis Statutis Temporibus et locis Silentium Regulare violaverit, quinque Pater et Ave expansis brachiis ante Mensam in Refectorio dicat, emendationeque non secuta etiam graviore poenas Subeat. Hisce tamen Matri non interdicitur, Silentium quandoque apud et post Mensam dispensandi, maxime diebus ante Sororum Jejunia, Servata tamen omni Modestia Religiosa.

#### CAPUT IV.

##### *De oratione, Horis Canonicis, confessione et communione Sororum.*

Omnes Sorores ad horas canonicas deputatæ, audito primo officii Divini Signo, quæ gravi de causa et Matri cognita impeditæ non sunt, Chorum accelerent et facta præparatione horas Canonicas voce æquali modo capucino<sup>31</sup> cum debitis pausis, et penultima Syllaba tantisper protracta secundum Breviarium Romanum et festa fratrum minorum<sup>32</sup> cantent. Eæ autem Sorores, quæ officium ex vera necessitate non possunt recitare, aut a Superioribus rationabiliter sunt dispensatæ dicant Pater noster uti Laicæ Conversæ, quæ compa-

<sup>30</sup> Aus dieser niedlichen Bestimmung spricht deutlich der frühere, langjährige Novizenmeister. Bekanntlich war P. Antonius von Cannobio, dem wir die Redaktion dieser Satzungen zuschreiben, der erste Novizenmeister in der Schweizerprovinz.

<sup>31</sup> Hier wird der Grundsatz ausgesprochen, wonach das Chorgebet nach dem im Kapuzinerorden üblichen Ritus verrichtet wird. Die damals in Kraft stehenden Konstitutionen der Kapuziner von 1575 schreiben hiefür vor: „Et il divino ufficio etiam quel della Madonna si dica con ogni debita divotione, attentione, maturità, uniformità di voce et consonanza di spirito, senza ode, o biscanti con debite pause, con voce non troppo alta, o bassa; ma mediocre...“ (Le Prime Costituzione, Roma 1913, p. 51). Der Ausdruck „modo capuccino“ fehlt in allen Ausgaben der gedruckten Statuten, obgleich sie die obige Bestimmung dem Sinne nach vollständig aufnehmen.

<sup>32</sup> Man staune nicht, wenn hier nur die Feste des Minoritenordens, nicht aber des Kapuzinerordens erwähnt werden. Denn damals schlossen sich die Kapuziner im Brevier dem franziskanischen Gesamtorden an. Die Kapuziner hatten noch kein proprium. Das Brevier des P. Joh. Chrysostomus Schenk (c. 1581-1634), das im Provinzarchiv Luzern aufbewahrt wird, ist das Breviarium Romanum (Antwerpen 1626), dem ein Appendix angefügt ist, enthaltend „Officia propria Sanctorum Ordinis Minorum“. Darunter findet sich kein dem Kapuzinerorden eigentümliches Officium; denn das erste eigene Fest des Kapuzinerordens war jenes des 1625 seliggesprochenen Bruder Felix von Cantalicien.

rere debent, si de licentia Matris impeditæ non sint, semper ad initium Vesperarum, Completorii, ad Te Deum Laudamus usque ad Laudes, vel loco huius ad Miserere, ad varias Lytanas Utramque Meditationis mediam horam, ad quas duplicæ Campanæ<sup>33</sup> tactu sub ultima Lectione ante Laudes, Benedictus, et Nunc dimittis vocandæ sunt, diebus et Dominicis et festis, ad totas Vesperas et Completorium permaneant, nec his ad Chorum deputatis absque petita et obtenta licentia Matris vel Superioris emanere vel exire concessum sit. Matutinum semper circa noctis medium<sup>34</sup> dicatur. Prima et Tertia mane circa mediam septimam. Sexta et Nonâ tempore Jejuniorum hora decima excepta Quadragesima, ubi Vesperæ ante prandium cantantur, et qui tunc Sexta horæ et Nona Vesperis iungi debent. Aliis vero temporibus Sexta et Nona horæ nona persolvantur. Vesperæ vero hora secunda post meridiem extra Quadragesimam. Completorium denique per totum annum hora quarta cantetur, et sub his septem horis studeant Sorores principalioria Mysteria Passionis ruminare. Post Completorium dicantur Lytaniæ Lauretanæ, post Matutinum autem Lytaniæ omnium Sanctorum, exceptis tribus ultimis maioris hebdomadæ diebus, et quatuor Solemnitatibus anni. Horæ Canonicae<sup>35</sup> modo Supra dicto et Simplici absque cantu articioso vel figurali canantur, quem etiam D. Capellanus observare debet. Cantus figuralis cum Harmonia extra horas canonicas usurpandus ad maiorem Dei Cultum et Spiritualem animorum refocillationem Sororibus permittitur, Semota tamen omni Cantus Lenitate. Libri Sororum sint Spirituales absque curiosa Ligatura. Ad evitandas sub officio Divino confusiones Soror una deputetur, Cuius est ordinare circa hoc necessaria et Inscitiores instruere. Meditationes per mediam horam post Lythanas Lauretanæ Completorio finito, et post Lethanas (sic!) omnium Sanctorum finito Matu-

<sup>33</sup> Die Statuten von 1625 (gedruckt 1757) übersetzen: „mit zwei Klencker der Glocken“.

<sup>34</sup> Die Statuten (gedruckt in St. Gallen 1608) schreiben die mitternächtlichen Metten nur für die großen Fastenzeiten vor, sonst werden sie um morgens vier gebetet. Die päpstlich approbierten Statuten von 1625 dagegen verordnen: „Zu allen Zeiten sollen die Metten Mitternacht gehalten werden.“

<sup>35</sup> Mit aller erwünschter Deutlichkeit schreiben die Statuten hier und wiederholt das kanonische Stundengebet vor. Darauf tendierte schon die im ersten Kapitel aufgestellte Bestimmung, daß die Schwestern lateinisch lesen können. Die päpstlich approbierten Statuten von 1625 haben im gleichen Sinne das kanonische Stundengebet vorgesehen. Die 1608 gedruckten Statuten aber verpflichteten die Schwestern nicht zum kanonischen Stundengebet, nehmen hierin eine ablehnende Haltung ein und verbieten sogar den Schwestern das Studium der lateinischen Sprache: „So soll noch diser zeit keine so frevenlich sein, zu disem end Lateinisch zulernen, damit sie das große Officium für sich selbs Beten könne, in ansehung unsere Häuser vil zu Arm darzu, unnd wir einandern die burde der Armut und arbeit tragen helfen müssen...“

tino nunquam intermittantur. In his autem et in omnibus aliis Orationibus Sorores Divinam Clementiam pro felici Statu S. Romanæ Ecclesiæ et Sanctissimi Domini Papæ intentissime implorent. Post finem Orationis mentalis noctu semper pulsetur Ave Maria. Vespere autem communiter circa Mediam Septimam, nisi rationabili de causa quandoque de iussu Matris longius protrahi contingat, et post horam quadrantem Sonetur Signum pro fidelibus defunctis, Inter unum et alterum Signum fiat examen Conscientiæ, quo finito et accepta Benedictione, nisi aliud a Matre ordinetur, cum silentio cellas accedant. Singulis diebus feriis post Tertiam, et Tempore Quadragesimæ post Sextam dicatur Missa Conventualis, Cui omnes assistere tenentur; nec huic autem nec alteri, si plures dicantur, maxime diebus festivis absque Matris Licentia ulla se subtrahat. Ecclesiæ supellex in maxima Munditia Servetur. Singulis duabus Septimanis Ordinario<sup>36</sup> Confessario ex Patribus Capucinis<sup>37</sup> deputato confiteantur, quem absque licentia mutare non possunt, tribus autem anni Vicibus concedatur Extraordinarius<sup>38</sup>; Ante S. Communionem et Confessionem studeant observare Solitam Reconciliationem, maxime dicto Pax Domini in Missa<sup>39</sup>.

## CAPUT V.

*Quomodo se Mater erga Subditas et hæc erga Matrem se gerere debeant, et de Capitulo.*

Sorores in Visitatorem spirituales habeant Unum ex Patribus Capucinis<sup>40</sup>, quem Summus Pontifex vel huius Illustrissimus D. Nuntius pro tempore deputaverit, Cui tam Sorores quam harum Sacellanus utpote Ill<sup>mis</sup> D.D. Nuntiis immediate subiectus, per omnia subdantur, et obediant, qui singulis annis Semel vel bis prout videbitur visitabit. Mater sit Charitate plena versus Sorores et humillima, et

<sup>36</sup> Das Tridentinum (sess. XXV, cap. X) schreibt die monatliche Beicht vor (saltem semel singulis mensibus).

<sup>37</sup> Diese Bestimmung konnte nicht überall durchgeführt werden, weil von Seiten des Kapuzinerordens selbst Bedenken und Schwierigkeiten dagegen erhoben wurden, mit Berufung auf das 11. Kapitel der hl. Regel.

<sup>38</sup> Conc. Trid. sess. XXV cap. X: „confessarius extraordinarius... bis aut ter in anno offeratur“.

<sup>39</sup> Das betreffende Gebet lautet: Mein liebe Mutter und Schwestern, ich bitte euch um Gottes willen um Verzeihung meiner bösen Exempel, und wo ich euch beleidiget hab“ (Statuten, Luzern 1757, S. 93).

<sup>40</sup> Die Kapuziner lehnten anfänglich das Amt eines Visitators entschieden ab und beriefen sich auf das 11. Regelkapitel. Nur allmählich konnten die Bedenken zerstreut werden. Die 1608 gedruckten Statuten erwähnen noch des öftern P. Provinzial als Visitor, während die päpstlich approbierten Statuten von 1625 nur allgemein von einem Visitor reden, „Welcher ihnen von der Päpstlicher Heiligkeit oder dero Legaten ernannt und gegeben worden.“

Sorores econtra versus tam Matrique aliis Superioribus obedientissimæ et in omnibus, quæ non sunt contra Regulam et animam suam; Matre absente Succedat assistens, et huic Successive Seniores. Singulis tribus annis teneatur Capitulum, in quo nova Mater et assistens, iuxta approbatam formam Canonicam eligantur; nisi rationabili et urgentissima de causa per alios tres annos a Visitatore in officio suo confirmentur, Sin autem intra triennium Mater insufficiens inveniretur, de hoc maturius Visitatorem informet, et ordinationi acquiescant; id etiam fiat Si Mater moreretur. Cui interim Succedat regimine assistens, et huic successive Seniores. Ultra assistentem habeat Mater in suum auxilium septem alias Sorores Seniores et habiles, quarum consilio cætera officia inter Sorores distribuantur; et cuncta alia maxime si sint negotia importantia disponantur; Si autem maioris momenti res fuerit toti conventui et capitulo proponatur, in quo omnes Votum dare possunt, exceptis Junioribus quantum Religionis annum nondum explentibus, et laicis Conversis, ab huiusmodi Votationibus per Concilium Tridentinum<sup>41</sup> exclusis; Quidquid autem tunc Votum fuerit, absque Visitoris consensu immutari non potest.

## CAPUT VI.

### *Quomodo debeant laborare.*

Ad evitandam otiositatem Sorores Sollicitæ sint, se occupare in exercitio honesto et labore ante et post prandium prout a Matre illis ordinatum fuerit, sub quo, ut orationis spiritum non extinguant, aut sacræ lectioni attendant aut demum submissa Voce de Rebus Spiritualibus loquantur.

## CAPUT VII.

### *Quomodo Infirmis Sororibus famulandum, et illæ se in Infirmitate gerere debeant.*

Si contigerit Sororem infirmari, statim ei a Matre alia Soror Idonea Charitativa in Servitium deputetur, quæ omnia ea Infirmæ subministret, quæ Charitas, et ordinatio medici exigit; Infirmæ autem sint patientissimæ. Sectione venæ, Thermis vel Scarificatione indigentibus Mater benigne provideat<sup>42</sup>, Scarificatio vero non a Viro Seculi, sed ab Iphis Sororibus fieri debet.

<sup>41</sup> Conc. Trid. sess. XXV, cap. VI.

<sup>42</sup> Die 1608 gedruckten Statuten übersetzen: „Welches des Schepffens Badens, oder Aderlassens noch bedürfftig, der soll die Mutter fleissig fürsehung thun...“ (S. 114).

## CAPUT VIII.

*Quomodo Sorores delinquentes corripiendæ sint.*

Si quæ Soror, quod Deus avertat, ab hoc ordine apostaverit, vel ex Monasterio exierit, declaratur ipso facto excommunicata<sup>43</sup>, nec erit Ordo seu Conventus obligatus eamdem recipere, nec quidquam De ipsius Dote seu bonis temporalibus cedere; si autem in se rediens ad monasterium pœnitens revertatur, in Carcerem recipiatur, usquedum Visitor desuper informetur, Cuius erit, delinquentem corrigere et punire. Ne autem malitiose ulla præsumat impœnitens in Monasterio persistere sub spe, Se tamquam Incorrigibilem tunc ex Conventu fore ejiciendam, declaratur talem, dummodo morbo hæreditario infecta non sit, potius continuo carceri esse mancipandam, quam ex Monasterio extrudendam<sup>44</sup>. Si quæ autem se quocunque modo de Suspecto Consortio vel noto Scandalo ream dediderit, quando post seriam Superiorum et maternam Correctionem nulla Emendatio sequatur, tamdiu carcerata, et singulis diebus Lunæ Mercurii et Veneris, exceptis festis diebus in hos cadentibus pane et aqua pasta et pota maneat, donec resipiscat. Sivero Votum ipsum Castitatis, quod Deus avertat, cum Virilis Sexus Persona violaretur, mature Visitor certior reddatur, Interim Rea Incarcerata manente usque dum Ipse alias pœnas iuxta Excessum Ream infligat; Quod si ipsa Mater huiusmodi contaminata deprehenderetur, officio tantocius privetur, atque aliis gravioribus pœnis iuxta Visitoris benevisum puniatur. Si quædam discordias Seminaret, aut alias vel aliam Sorores famæ detrahentibus Verbis vel alias gravibus Opprobriis læderet, vel audacter mentiri iubere præsumeret, Talis primo in præsentia Matris et ceterarum Sororum flexis genibus coram Sorore offensa culpam fateatur, et veniam deprecetur, et postea semel humi comedat, vel alias pœnitentias iuxta Qualitatem Excessus Subeat, Si autem veniam petere detractaret et in ira concepta nocte Integra persisteret, Pœnitentia ei duplicetur, quod in tertia usque die ita permaneret, triplicem pœnitentiam sustineat, emendatione nec tunc Subsequente tamdiu carceri mancipetur et pane et aqua ut supra sustentetur, donec resipiscat, tunc nihilominus primam pœnitentiam absolvat insuper sex diebus humi comedendo, Sivero in Matrem Ipsam taliter peccasset semper duplici pœnitentia mulctetur<sup>45</sup>. Ut

<sup>43</sup> Conc. Trid. sess. XXV, cap. IV, XIV, XIX.

<sup>44</sup> Die Stelle offenbart einen erfahrenen Seelenkenner.

<sup>45</sup> Die Strengheiten des Strafverfahrens, die hier und an vielen Stellen zum Ausdruck kommen, dürfen nicht nach dem verfeinerten Empfinden der Jetztzeit beurteilt werden.

autem talis in Reas procedura cum gravi animarum jactura non impediatur, Serio prohibetur omnibus Sororibus, Ordinis Secreta propagare<sup>46</sup>, Si autem una aut altera Rea Inveniatur, ut ordinis detractrix, et Sororum Proditrix rigorissime castigetur; idem intelligatur de iis, quæ Regularem disciplinam et Spiritualia Exercitia<sup>47</sup> falso et impudenter taxare auderent.

## CAPUT IX.

### *Quomodo Sorores pro Defunctis orare debeant.*

Præter orationes quotidianas et privatas pro Defunctis incessanter Intentissime persolvendas Sorores ad Chorum deputatæ Singulis quattuor temporibus dicant totum officium Defunctorum, Laicæ autem 50 Pater noster, ita ut spatio unius anni 200 Pater noster dicantur, inter quæ illa a Regula præscripta etiam comprehensa subintelligantur. Quando Soror ex hac vita discesserit, omnes in eodem Monasterio, quæ ad Chorum deputatæ sunt, antequam sepe liatur recitetur Totum officium Defunctorum: ita et in die septima, Trigesima et primo anniversario, Vesperas semper pridie dicendo, Laicæ autem pro qualibet vice centum Pater noster et Requiem æternam persolvant; Insuper studeat Mater pro posse Fidelibus hisce Defunctis St. Missis Succurrere. Demum per totum Trigesimum post pulsatum et recitatum De profundis Singularis Collecta pro defuncta Sorore dicatur. Sivero Soror Defuncta sit in alio Monasterio<sup>48</sup>, nihilominus ad Chorum deputatæ pro ea orent totum officium Defunctorum, Laicæ Psalterium BMV. vel 100 Pater cum Requiem.

## CAPUT X.

### *Quomodo statuta ista Intelligenda et observanda sint.*

Quamvis hæc statuta non intendantur, sub ullo peccato obligata, Sorores nisi in quantum a Deo, et votis ipsis obligantur, nihilominus sub contentis in iis poenis, potius autem amore sui crucifixi Sponsi ea fidelissime observent, Ut ergo omnibus melius Cordi impressa maneant, Singulis quibuscumque Mensibus Semel in Re-

<sup>46</sup> Offenbar machen, applaudern.

<sup>47</sup> Nicht die hl. Exerzitien nach heutigem Begriff, sondern religiöse Übungen im allg.

<sup>48</sup> Hier treffen wir wieder die deutliche Spur einer Föderation zu Gunsten der verstorbenen Mitschwestern an.

factorio ad Mensam legantur; Cum autem impossibile sit Singulis casibus Remediis propriis obviare, Si quis casus Particularis occurreret<sup>49</sup>, Mater et Seniores desuper consultant et provideant, nisi Res maioris sit momenti, et ipsæmet censeant, de ea Visitatorem debere conveniri, et ab eo determinationem esse habendam, In quo Casu maturius a Matre informetur, et hæc Statuta omni Tempore Salva et Intacta permittantur, et Sanctissime observentur auxiliante Deo, qui observantibus eam erit Merces magna nimis<sup>50</sup>, Cui honor et Gloria in omnia secula. Amen.

*P. Beda Mayer*

<sup>49</sup> In kluger Rücksicht wird dem Brauchtum und Particularrecht der einzelnen Klöster ein genügender Spielraum geöffnet.

<sup>50</sup> Gen. 15,1.

## Beginn der Pfanneregger-Reform in Luzern

*Aus der  
KLOSTERCHRONIK  
Gerlisberg*

Wie Vnd Waß Gestalten Die H. Reformation Jhr Anfang / Und FortGang genomben.

Anno 1597. Hat die wohlEhrwürdige Schwöster Catharina / Schweyffmatterin disser Zeit fr. Muter, ohne Zweyffel auß eingebung / deß H. Geistes, mit Höchstem Eyffer Vnd demüthigstem Instendigem / begehren Vnd bitten, bey obgemeltem durch Leüchigen herren Legaten / Johanni Kraff<sup>1</sup> vom Thur, Vnd auch bey der Hoch vnd wohlweisen / Geist Weltlichen oberkeit Vmb die H. Reformation angehalten, / Vnd sich auff daß Höchste beflissen, mit Höchster Liebe Vnd Manch- / erley Mittlen, Ihre geliebte Vndergebene mit schwöstern auch Zuo / Sollchem Eyffer Zuo bewegen Willigklichen die H. Reformation / an Zuo Nemben, hatt also große Mühe Vnd arbeit Zu dissem / H. Vnd Löblich Werckh angewendt. Zuo Wellchem Jhro Geist- / liche Vnd weltliche oberkeitten Threüwlichsten Verhilfflich wahren, / daß allso dessen forthgang Glückli Vonstatt Gangen wie hernach Voll / get.

<sup>1</sup> Graf, vgl. oben Anm. 6, S. 160.